



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

§. 2. De Fiducia eiusq[ue] excellentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. d. Nec potest gloriari sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque in præclaris operibus, quæ cum illa facit: quia potius mea quam illius sunt; siquidem viribus, à me ipsi collatis, ea facit. Ne dixeris (ait Moyses) in corde tuo: e Fortitudo mea & robur manus mee hæc mihi omnia præstiterunt, sed recordare Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, vt ea obtineres.

§. De Fiducia eiusque excellentia.

Fiducia in Deum seruat.

*f. Mach. 2. 61.
Confidentes sibi pereunt.
g. Mach. 5. 7.
h. Isa. 10. 13.
h. Cap. 36. 6.*

*i. Iere. 10. 17.
Cum periculis crescit robur.
k. Lib. de Ioseph cap. 5.
l. Psal. 9. 10.*

EX HIS transire possumus ad virtutem FIDUCIÆ de omnipotentia diuina, cui innititur FORTITUDO, & vniuersim tota gubernationis Christianæ, omniumque virtutum prædictarum perfectio. Nam homo ex se ipso debilissimus est: nec potest proprijs viribus legem Dei custodire, neque efficere, vt alij obseruent; nec tantum zelum, & Fortitudinem habere: vt hoc solo nomine tot sustineat molestias; & aded egregia factura aggrediatur, cum ingentibus aded periculis: nisi creatoris omnipotentia ad id totum adiuuet. Quamobrem necesse est, sibi ipsi diffidere, ac Fiduciam suam totam in Deo collocare, à quo & zelus, & animi robur ac fortitudo procedunt: à cuius misericordia eam acceperunt omnes viri zelantes, & fortes, qui fuerunt in mundo: quemadmodum strenuus ille Matathias Filius suis dixit: *fcogitate per generationem & generationem: quia omnes, qui sperant in eum, non infirmantur, nec pereunt: Quod si aliqui pereunt, id euenit ob superbiam aliquam & arrogantiam sui ipsorum: eò quod plus æquo proprijs viribus fiderent, quemadmodum euenit Ducibus illis Machabæorum socijs, qui præclaris illorum gestis inuidentes, ausi sunt exire g. ad pugnandum a duersis gentes, vt facerent sibi nomen; qui tamen fugati sunt & victi. Ac propterea periit etiam Rex h. Sennacherib: & peribunt quotquot præcipuam suam confidentiam ponent in Potentibus mundi, de quibus Isaias, quod h. sint instar baculi arundinei confracti, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam; & cum minus cogitat, projicitur in terram: ac propterea dixit Ieremias: maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus autem vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, in omnibus suis aduersitatibus; nec deficiet, etiam crescentibus & multiplicatis periculis. Nam (vt sanctus Ambrosius ait) k. ibi est plus auxilij, ubi est plus periculi, quia l. Deus adiutor est in opportunitatibus, in tribulatione: & illa crescẽte, auxilia quoque eius augentur. Deus est, qui debilem reddit fortem; & pusillanimum facit audacem: additque diuinas vires humanis.* Id quod Isaias indicauit,

dicens:

dicens: in *qui sperant in Domino, mutabunt Fortitudinem*: ex humana scilicet in *diuinam*. Hæc spes & fiducia mutat Ducum ac militum fortitudinem in suis pugnis; & ex hominibus *Leones* facit terribiles, suisque hostibus tremendos. Hæc commutat Fortitudinem Martyrum in suis congressibus, dans illis tantum animi robur, vt potius cruciatus & tormenta cordi *desint*: quàm deficiat cor ad ea toleranda, qua ratione etiam ipsos Tyrannos vincant. Hæc mutat Fortitudinem Gubernatorum, & Iudicum: reddens illos constantes & firmos in suis gubernationibus, & officijs: ita vt cuiusque, volenti pia ipsorum desideria & conatus impedire, strenuè ipsi resistent. Hæc permutat Fortitudinem Virginum, Regilioforum, Coniugum, & continentium: omniumque ciuium, eosque in suis consilijs reddit strenuos, & imperterritos: ita vt nec ob timores aut pericula imminencia, remittant aliquid de suodebito & officio.

HORVM omnium sufficientem Fidem faciunt illustrissimorum Sanctorum exempla, quæ *sexto* capite supra retulimus: quorum zelus & fortitudo in arduis & egregijs suis facinoribus oriebatur ex hac de diuina potentia *Fiducia*, vt facile deprehendi potest si reflexio mentis fiat circa ea. Nam imprimis quomodo potuisset *Abraham* stupenda ac difficilia aded fecisse, nisi (vt Apostolus dixit) *n contra spem in spem credidisset*, talem scilicet spem in Deo collocans, quæ omnem excederet humanam: hæc fecit illum o *egredide terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui; & ire in terram*, quam non nouerat: ac peregrinari per varias regiones, *securissimum* se reputans etiam in maximis periculis. Hæc fecit, vt vinceret difficultatem o *offerendi proprium filium Deo in sacrificium*: quia sperauit, Deum posse vitam illi reddere. Hæc aded fortem eum reddidit & animosum, vt cum *trecentis decem & octo vernaculis suis*, & quidem non valde exercitatis in bello, aggressus fuerit, ac superauerit *quatuor Reges*, aded alioqui fortes & strenuos, vt *quinque* alios Reges vicerint; & captiuum duxerint *Loth fratrem suum*, qui apud vnum ex victis Regibus in Sodomis versabatur. in quo arduo negotio coniunxerunt se zelus & Fortitudo cum spe & fiducia: vt egregio illi facinori felicem finem imponerent. Quid verò dicam de eius pronepote Patriarcha *Ioseph*, cui Deus Dominus Noster in quadam reuelatione significauit, quod iptum elegisset, quati in *q Regem fratrum suorum*. Quæ reuelatio, licet eum in grauissimas contecorit *angustias*: nunquam tamen ipse quicquam de sua *fiducia* remisit, donec reuelationem vidit impletam: semper enim magnam animi fortitudinem in occurrentibus omnibus periculis ostendit. O quàm fuit gloriofa *Iosue & Chaleb* in Deum fiducia, si cum decem sociorum suorum

m *Isa. 40. 3.*2 *Mach. 2.*
50.

I.

n *Rō. 4. 18.*
Abraham.
o *Gen. 12. 1.*o *Gen. 22. 10.*p *Gen. 14. 14.*

2.

I *osph.*
q *Gen. 37. 7.*

3.

r *Nu. 14. 6.*

Iosue &
Caleb.

[Nu. 13. 34.

[Vos. 9.

u Ios. 10. 12.

Ser. 18. in
Cant.4.
x 3. Reg. 17. 1.
y Ca. 18. 38.
z 4. Reg. 1.
10.

Elias.

3.
David.a 1. Reg. 17.
45.

diffidentia & timiditate conferatur. Socij enim illi *mirabilium* illorum oblii, quæ *DEVS* non ita multò ante in *Ægypto* ediderat, in ipforum auxilium ac defensionem; & *promissorum* eius, quodd esset illis terram illam daturus, *fiduciam*, eam obtinendi deposuerunt: metientes pericula, quæ in ea adeunda occurrere poterant, *viribus suis naturalibus*, quibus multò maiores existimarunt esse vires hostium suorum, & ita dixerunt, illos esse tanquam *Gigantes*, quibus ipsi comparati, quasi locustæ viderentur. At Iosue & Chaleb integram suam fiduciam seruantes, magna animi fortitudine in ea perseuerarunt: quia non proprijs tantum viribus pericula metiebantur: sed *diuinis*, in quibus fiduciam suam collocabant. ideoque opponentes se timidis illis, & toti populo, dixerunt: *nolite timere; Dominus enim nobiscum est: & recessit ab hostibus omne presidium, & sicut panem ita in virtute Dei possumus eos deuorare*, etiamsi Gigantes illi videantur, nos verò locustæ.

SE vlteriùs progressa est fiducia Iosue, qui Dei zelo indutus aduersus hostes suos, incredibili animi magnitudine aded grandes res est aggressus, vt stuporem mundo adferret; & quidem eò vsque vt iuberet, u *Solem & lunam non moueri, donec vlcisceretur se de inimicis suis: & ita sol & luna steterunt, obediente Deo voci hominis, & pugnantem pro Israel*. Quid autem hoc totum fuit aliud quàm monere Principes, & Gubernatores, alijs imperantes: vt, si obediri sibi velint, fiduciam suam in solo *DEO* collocent, qui mutat, subijcitque hominum corda; efficietque vt & summa & ima sistant in medio suo cursu: & imperatis obediant. Fiducia enim in *DEVM* induit nos spiritu quodam, quasi *DEI*: qui (teste Sancto Bernardo) omnipotentiam suam in eo ostendit, quod spem suam in ipso collocantes faciat omnipotentem.

Qvis dicet, non fuisse quasi omnipotentem *Elias* Zelum, qui verbo suo cælos occludebat, vt *nec rorem nec pluiam darent, nisi iuxta oris sui verbum* ad quod verbum *y* cadebat etiam ignis Domini de cælo, vt voraret holocaustum imò & peccatores, fauente Deo zelantis hominis orationi, non timidæ aut temerariæ, sed prudenti, valdeque confidenti.

Qvis victoriam dedit *David* contra Gigantem illum *Goliath*, nisi fiducia in Deum, qua se ipsum muniuit: & quis aded debilem reddidit Gigantem; vt ex vnus lapidis ictu in terram caderet, nisi spes & fiducia, quam in propria sua fortitudine collocauit, a *Tu* (inquit *David* ad eum) *venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum: & dabit te Dominus in manu mea, & percuciam te, & auferam caput tuum a te, vt sciat omnis terra, quia DEVS in Israel*. Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominum.

ipsum

ipſius enim eſt bellum, & victoriam dat confidenti in ipſius omnipotentia, negat verò eandem in ſe ipſo confidenti, & propriæ fortitudini innitenti.

DENIQVE quis *Danieli*, eiusque ſociis tantum animi robur dedit, vt furorem b *Tyrannorum* contemnerent, nec c *leones* rugientes aut b *flammammarum* terribilitatem curarent? fiducia præcul dubio in DEVM hæc mirabilia fecit: qui tantam animi fortitudinem ijs dedit, qui ex zelo gloriæ ipſius tot pericula adierunt. Hæc fiducia *concluſit ora leonum*, & *excubiſit flammam ignis de fornace*, & tyrannos *immuauit* venerantes prodigia, quæ DEVS in ſuorum ſeruorum honorem faciebat. Muniant itaque ſe Reges hæc fiducia in ſuis omnibus negotijs, & periculis: ſibi perſuadentes, eundem nunc eſſe Deum, qui ſemper fuerit; neque mores & conditionem *mutaſſe* quia non eſt capax mutationis: & quod fecit & operatus eſt erga antecellores: faciet erga præſentes, eadem fide & fiducia munitos. Ne fidant ſuis exercitiſus, curribus & equis; nec fortitudini, quæ poteſt in hominibus reperiri: quia illa tota fragilis eſt, ac debilis: ſed fidant Deo, vt humana hæc fortitudo in diuinam conuertatur; ſiantque omnipotentia eius participes. Nam) vt *Propheta* quidam dixit Regi *Aſa*) *oculi Domini contemplantur vniuerſam terram*, & *præbent fortitudinem his*, qui corde perfecto credunt in eum.

CONFIRMEMVS hæc eadem exemplo ſtrenuorum *Machabeorum*: qui acceptis optimis monitiſus à ſuo optimo parente, & excitati exemplis ab illo allatis, fuerunt valde obſeruantes & zelofi *legis*: & obtulerunt ſe incrediblem animi magnitudine ad maxima pericula, eius defendendæ cauſa: & in ea poſtea fuerunt valde glorioſi, experientia videntes, verum eſſe, quod Pater eis aſſeuerauerat. Aggreſſi enim ſunt exercitus innumeros, & victorias ſtupendas obtinuerunt: de quorum facinoribus loquuntur omnes gentes; eorum fama & gloria per omnes nationes volauit; eorum fortitudo erat quaſi *leonum*, & heroica facinora metum incutiebant viciniſus Regibus, imò & potentiffimis, cogitandi & conſultandi materiam præbebant, & parua manu copioſos diſturbabant exercitus: quia fiduciam in DEI omnipotentia collocauerant, cuius Spiritum & fortitudinem induerunt: quàm aded in ſuis cordibus radicauerant, vt pro *cognomine* eam acceperint: nam (vt aliqui graues Doctores ſentiunt) nomen *Machabeorum* componitur ex *quatuor* literis Hebræis, quæ ſunt principium illarum vocum, quæ ſunt in ſolenni illa *Exodi* ſententia: *I quis ſimilis tui in ſortibus Domine*: quaſi dicerent: tu ſolus Domine fortis es, & à te fortitudo prouenit: in te autem confidentes omnia bella vincere poſſumus. Ita profeſſus eſt *primus* huius nominis Dux, quan-

do ci

6.

b *Dã* 3.6.20c *Cap* 6.17.*Daniel* &
*res puere.*2. *Pat.* 16.9.

7.

*Machabai.**Nomen hoc*
*vnde.**Sixt. Sep.* l. 1*Bibl. Geneb.**in Cronolog.**m c. b. i.**(Exo. 15. 11.*

DE I bel.
lum.
1. Reg. 17.
47.

2. PAR. 20.1
17.

do ei milites dixerunt: *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie?* Et ait Iudas: *Facile est concludi multos in manus paucorum: & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis; quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci, & superbia, ut disperdant nos, & uxores nostras, & filios nostros, & ut spoliemur: nos verò pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris: & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram.* Hæc dixit Iudas Machabæus, nec irrita fuit eius fiducia. statim enim insignem consecutus est victoriam, & postea multas alias: eas omnes DEO tribuens, eò quod (ut supra dicebamus) *DEI esset bellum: cum ex zelo legis eius suscipitur, & fiducia in ipso collocatur.* Idemque dixit Propheta quidam exercitui Regis Iosaphat: *Nolite timere, nec paucis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed DEI. Non eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium Domini super vos.*

CAPUT XIII.

PERFECTIONEM CHRISTIANAM POSSE ETIAM IN MILITIA INVENIRI: & Religiosum statum cum tribus suis Votis: *Vaupertatus, Castitatis, & Obedientia, in Ordinibus militariis, ad eam iuuare.*

2. 2. 7. 40.
4. 1.



VENIADMODUM ad Principes, tanquam officium proprium, spectat: *institiam* administrare, & Iudices constituere, qui ipsorum autoritate illam administrent; & hoc nomine possint gladio ipso punire delinquentes & reos, qui pacem Reipublicæ perturbant: ita (ait Sanctus Thomas) ad eisdem Principes pertinet, ob autoritatem & potestatem publicam quam habent, regnum suum *armis* propugnare; Ducesque & strenuos ac præclaros alios viros constituere: qui exercitus dirigant, ac gubernent; eisdem contra suos hostes pugnent. Quamvis autem hoc ipsum procul videatur distare à perfectione Christiana, quæ proficitur *di-*

lectionem